

## WHIT THURSDAY

Errors? [help@extraordinaryform.org](mailto:help@extraordinaryform.org)

The station is now at St. Lawrence, although the Mass would indicate that at one time it was at the Church of the Twelve Apostles.

The Lesson from the Acts describes the joy which filled the people of Samaria when the deacon Philip preached the Gospel and worked miracles among them. This joy is a gift of the Holy Ghost. If the world nowadays is more than ever before restless and eager for amusements, it shows that it has none of the joy and consolation of the divine Paraclete, of which it has become unworthy by its resistance to His grace.

### INTROIT Wisdom 1: 7

Spiritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc cóninet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 67: 2) Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc quod cóninet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja.

### COLLECT

Deus, qui hodiérna die corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuisti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### LESSON Acts 8: 5-8

In diébus illis: Philippus descéndens in civitátem Samaríæ, prædicábat illis Christum. Intendébant autem turbæ his, quæ a Philippo dicebantur, unánimíter audiéntes et vidéntes signa, quæ faciébat. Multi enim eórum, qui habébant spíritus immúndos, clamántes voce magna, exíbant. Multi autem paralýtici et claudi curáti sunt. Factum est ergo gáudium magnum in illa civitáte.

### ALLELUIA Psalms 103: 30

Allelúja, allelúja. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ. Allelúia. *(Hic genuflectitur)* Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amóris in eis ignem accénde.

### SEQUENCE VENI SANCTE

#### SPIRITUS

Veni, Sancte Spíritus,  
Et emítte cælitus  
Lucis tuæ rádium.  
Veni pater páuperum,  
Veni dator múnierum,  
Veni lumen córdium.  
Consolátor óptime,  
Dulcis hospes ánimæ,  
Dulce refrigérum.  
In labóre réquies,  
In æstu tempéries,  
In fletu solátium.  
O Lux beatíssima,  
Reple cordis íntima  
Tuórum fidélium.  
Sine tuo númine,  
Nihil est in hómine,  
Nihil est innoxium.  
Lava quod est sórdidum,  
Riga quod est áridum,  
Sana quod est sáucium.  
Flecte quod est rígídum,  
Fove quod est frígídum,  
Rege quod est dévium.  
Da tuis fidélibus,  
In te confidéntibus,  
Sacrum septenárium.  
Da virtutís méritum,  
Da salutis éxítum,  
Da perénne gáudium.  
Amen. Allelúja.

### GOSPEL Luke 9: 1-6

In illo témpore: Convocátis. Jesus duódecim Apóstolis, dedit illis virtútem et potestátem super ómnia dæmónia, et ut languóres curárent. Et misit illos prædicáre regnum Dei et sanáre infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuléritis in via, neque vírgam, neque peram, neque panem, neque pecúniám, neque duas túnicas habeátis. Et in quacúmque domum intravéritis, ibi manéte et inde ne exeátis. Et quicúmque non recéperint vos: exeúntes de civitáte illa, étiam púlverem pedum vestrórum excúтите in testimónium supra illos. Egréssi autem circuibant per castélla, evangelizántes et curántes ubíque.

### OFFERTORY Psalms 67: 29-30

Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges múnera, allelúja.

### SECRET

Múnera, quæsumus, Dómine, oblata sanctífica: et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### PREFACE FOR PENTECOST

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos sedénsque ad dexteram tuam, promíssum Spíritum sanctum (hodiérna die) in filios adoptiÓNis effúdit. Qua própter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum glóriæ tuæ cóncunant, sine fine dicéntes:

### COMMUNICANTES

#### FOR PENTECOST

Communicántes, et diem sacratíssimum Spíritus celebrántes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis apparuit: sed et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apóstolorum ac Mátyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis: et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiánis: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq; concédas, ut in ómnibus protectiÓNis tuæ muniámur auxilio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

### HANC IGITUR FOR PENTECOST

Hanc igitur oblatiÓNem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regeneráre dignatus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tribuens eis remissiÓNem ómnium peccatórum, quæsumus Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

### COMMUNION Acts 2: 2, 4

Factus est repénite de cælo sonus tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúja: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allelúja, ailelúja.

### POSTCOMMUNION

Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsis: et sui roris íntima aspersiÓNem fecúndet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

The Spirit of the Lord hath filled the whole earth, alleluia: and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 67: 2) Let God arise, and His enemies be scattered, and let them that hate Him fly before His face. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Spirit of the Lord hath filled the whole earth, alleluia: and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, Who on this day didst teach the hearts of the faithful by the light of the Holy Spirit, grant us in the same Holy Spirit ever to delight in those things which are right and to rejoice in His consolation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, Philip going down to the city of Samaria, preached Christ to them. And the people with one accord were attentive to those things which were said by Philip; hearing, and seeing the miracles which he did. For many of them who had unclean spirits, crying with a loud voice went out, and many taken with the palsy, and that were lame, were healed; and there was therefore great joy in that city.

Alleluia, alleluia. Send forth Thy Spirit, and they shall be created; and Thou shalt renew the face of the earth. Alleluia *(Kneel)* Come, Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

### SEQUENCE VENI SANCTE

Come, Thou Holy Spirit, come,  
And from Thy celestial home  
Shed a ray of light divine.  
Come, Thou Father of the poor,  
Come, Thou source of all our store,  
Come, within our bosoms shine,  
Thou of Comforters the best,  
Thou the soul's delightful guest,  
Sweet refreshment here below.  
In our labor rest most sweet,  
Pleasant coolness in the heat,  
Solace in the midst of woe.  
O most blessed Light divine,  
Shine within these hearts of Thine,  
And our inmost being fill.  
Where Thou art not, man hath nought,  
Nothing good in deed or thought,  
Nothing free from taint of ill.  
Heal our wounds, our strength renew,  
On our dryness pour Thy dew,  
Wash the stains of guilt away.  
Bend the stubborn heart and will,  
Melt the frozen, warm the chill,  
Guide the steps that go astray.  
On Thy faithful who adore,  
And confess Thee evermore,  
In Thy sevenfold gifts descend.  
Give them virtue's sure reward,  
Give them Thy salvation, Lord,  
Give them joys that never end.  
Amen. Alleluia.

### GOSPEL Luke 9: 1-6

At that time, Jesus calling together the twelve apostles gave them power and authority over all devils, and to cure diseases. And He sent them to preach the kingdom of God, and to heal the sick. And He said to them, "Take nothing for your journey; neither staff, nor scrip, nor bread, nor money: neither have two coats: and whatsoever house you shall enter into, abide there, and depart not from thence. And whosoever will not receive you, when ye go out of that city, shake off even the dust of your feet for a testimony against them." And going out, they went about through the towns preaching the gospel, and healing everywhere.

### OFFERTORY Psalms 67: 29-30

Confirm this, O God, which Thou hast wrought in us; from Thy temple, which is in Jerusalem, kings shall offer presents to Thee, alleluia.

### SECRET

Sanctify, we beseech Thee, O Lord, the gifts offered, and cleanse our hearts with the light of the Holy Spirit.

Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

### PREFACE FOR PENTECOST

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly hosts also and the angelic Powers together the hymn of Thy glory, evermore saying:

### COMMUNICANTES

#### FOR PENTECOST

Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, of your blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ our Lord. Amen.

### HANC IGITUR FOR PENTECOST

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of which whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation, and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

### COMMUNION Acts 2: 2, 4

Suddenly there came a sound from heaven as of a mighty wind coming where they were sitting, alleluia; and they were all filled with the Holy Ghost, speaking the wonderful works of God, alleluia, alleluia.

### POSTCOMMUNION

May the infusion of the Holy Spirit cleanse our hearts, O Lord, and make them fruitful inwardly by His dew watering them. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God forever and ever.